

& modos etiam ad eliminandum id reperit (§. 37.). Qui enim id ejusque indolem simul cognoscit, ille vim etiam ejus quanta sit, clare perspicit; qui si et illa, quae ad ejus ablationem commoda sunt, clare perspiciat, ea nimurum quae antea id digerunt, & rite praeparant, quae etiam totam ejus vim subvertunt, atque iis prout instrumentis utatur, totum hoc facillime e medio tollit (c). Cum vero simplex sit, simplicibus & paucis superatur, attamen talibus quae vim ejus prosternunt; facilius quoque expugnatur; simulque perspicuum est; non enim cum plurium simul potentia reagit, neque cum multiplici eorum efficacia (§. 38.) nec ob multitudinem eorum caligine est involutum. Quo igitur simplicius & quo evidentius id efficiens est, eo facilius ea quis reperiet, per quae totum hoc e medio tollat (§. 29.) immo vero magis simplicia & pauca, per quae efficaciam ejus destruat.

§. 40. Ex quibus haec conjectaria facile elicuntur: quorumcunque morborum causa ista perspicua est, eorum medicatio est facillima (§. 39.); quorum vero obscura, difficilima. Medicamentum autem quod assumptum causam tollit,

illud

---

(c) Home ib. L. I. p. III. sect. 1. 2. seq.